


Ordo templatorum



Ordo templatorum militum (ut multi asseuerant) sub Gelasio isto pontifice apud iherosolimam initiatus sumpsit et ducetos ferme per annos perdurauit. Quot enim veteres post subactum a gothifredo clarissimo Lothoringie duce iherosolimam regnum quosdam pios homines de militari disciplina conspicuos. eo quod peregrinos veneranda loca deuotione visitantes incursionibus et latrocinijis cernebant infestari. deo suam militiam deuouisse et apud iherosolimam commorantes peregrinantibus ultro sua subsidia impendebant. His primo numerus paruum et uoluntaria paupertas. et magister unus in porticibus templi fuit. Ex quo etiam sortiti cognomen. habitantes itaque non longe a domini sepulchro peregrinos ingenti charitate suscipiebant atque eos per sacra loca armati deducebant. et inde sine aduersariorum molestia reducebant. Hos uita fide et gratia multi peregrini in europa redeuntes mirummodum commendabant. et elemosinas donariisque largissima eis conferebant. Cum plurimo pio opere adhererent ab honore summo pontifice pallium album per habitum et uite regula processum est. cui pallio postmodum ab eugenio successore rubra crux superaddita. cui militarent clarius prebuit argumentum. quibus et beatus Bernardus abbas regulam composuit obseruandam. Sane dum pene eos paupertas non uerba libidinum uiguit militie uotum et uiuendi exhibitum norma optime obseruata illos fecere sanctitate florentes. Attamen dum pio opere uindicque christianorum opera affluenter opem afferunt. sensim subintrare deliciae atque libidines

incepere. et uti a principio relictis perituris diuicijs homines sacro opere subintrabant. sic in processu quasi ad paratos thesauros ceperunt impatientes inopie enolare. inde castris urbibus populis impare. sibi quietem. seruis bella committere et militie magistratum oneris olim officium in honorem potissimum sublimare. quibus sic in declinum a uirtute labentibus eorum exterminationem sub clemente quinto pontifice infra edocebimus.

Anno domini millesimo. xx. ab incarnatione (ut scribit Vincetius) cepit ordo templaris militie. qui dicitur sancti Iohannis hierosolimitani. hi degunt sub regula beati Augustini habentes habitum nigrum modo laycali sed cum cruce alba in pectore. qui deputati sunt ad pugnandum corporaliter contra infideles. quorum locus principalis Rhodis insula. qui subditur magno magistro rhodi. Similiter omnia eorum oratoria per orbem dispersa que multa sunt et opulenta. et quia pauci eorum sunt clerici. privilegio tamen personali et reali clericorum gaudentes sunt. horasque suas ex oratione dominicali uidelicet pater noster indies perficiunt. de quo inferius fiet mentio.



Apus Indos generale et precipuum est cognomen suorum patriarcha Iohannis presbiteri. quos in primis Matheus apulus. deinde eunuchus Cadice regine in ethiopia constituit. et India beatus Thomas apulus ad fidem conuertit. Iohannes autem presbiter non solum pontifex sed et magnus imperator censetur. Cuius imperio duo et septuaginta reges parere et tributa pendere quotannis dicuntur. In quorum regnis. xxvij. supra centum archiepiscopi president. In ciuitate autem premaxima nomine Bibrith sedem pontificatus et imperij habent. Anno autem domini. M. c. xx. Iohannes patriarcha unus de maximis Indorum romam ueniens calixto papa cardinalibus ac ceteris prelatibus in publica assistentia narrauit quomodo sanctus Thomas apulus quotannis diuinissimo sacramento populum in India communicat manu sua porrectum diguis et retractum ab indignis apud ciuitatem Hulnam.

Burdinus antipapa natione hispanus quem Henricus quintus imperator secundo gelasio pontifice uiuo in ydolum crederat sutrium se continuerat. cui benedictus nomen datum fuerat per id tempus apud urbes romam secundo calisto pontifice romano rebus ecclesiasticis intentio contra eum pontificis nomen usurpare uolens. In ea urbe eum cetani comites tyrannuli defensauerant. Dumque calistus concilio intentus esset uisus illi claudiam et aurelianam adeo latrocinij sedauerant ut nemo illis romam tutis securusque posset accedere. quod eum calistus pontifex copijs uindicque contractis sutrium obsedit. cuius oppidani infelicem Burdinum e vestigio dederunt. Isque camelo uersa in bestie caudam facie. impositus romamque perductus non minus in urbe quam in toto itinere ridiculo plebi fuit. abstinens tamen calistus ab iniqui hominis sanguine illum in cauea monasterium detrusit. Multa interim calistus in Rogerium Sicilie comitem se regem ytalie appellans animo non minus cello quam irato dum molitur obiit ut supra premissum est.